



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Audiendi fructuosè exhortationem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

Praxis audiendi fructuosè exhortationem. 205
ticulari proficiendi gratiam postules. *Septem alias praxes quare in Horologio Sacerdotali à pag. 410. ad 419.*

P R A X I S

Audiendi fructuosè exhortationem.

I. **F**Amem desideriumq; audiendi verbi Dei, Doctor mellifluus inter prædestinationis & salutis signa numerat: *Qui ex Deo est, verba Dei audit, Joan. 8. Quemadmodum corporalis cibi appetitus indicium est bonæ valetudinis, ita desiderium Doctrinæ spiritualis, manifestissimum est argumentum animæ bene habentis, ait S. Chrysostomus, hom. 22. in Gen. Hanc igitur in te orexin excita.*

II. Inter eundem ad locum exhortationis, desiderium ex ea proficiendi elice. In loco autem, dum flectitur, Spiritûs S. gratiam ferventer implora, ut mentem tuam illuminet, voluntatem emolliat ac permoveat: cum Samuele dicens: *Loquere Domine, quia audit servus tuus. 1. Reg. 3.*

III. Sub ipsa concione, diligenter attende, auditâque non aliis sed tibi applica: non subtilitatem conceptuum, non raritatem rerum, sed veritatem; non verborum
ele

206 *Praxis I. Orandi ad trinum &c.*
elegantiam, sed spiritum require, persuasissimum habens; Deum per os concionantis loqui. *Qui vos audit, me audit.* Lucæ 10.

IV. A concione, gratias Deo pro instructione age, exemplo B. V. verba hæc in corde tuo conserva; pro viribus exequi statue, ac pro executione gratiam pete; certissimus, de omni exhortatione, ejusq; fructu exactam judici supremo reddendam aliquando rationem. *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.* Lucæ 11. Itaq; *quæ audistis, cogitate; quæ manducastis ruminare, & sic eritis animalia munda,* inquit S. August. con. 1. in psal. 105.

* * * * *

HORA VI.

PRAXIS I.

Orandi ad trinum campanæ
pulsurn.

I. **A**ngelus Domini nunciavit Mariae
& concepit de Spiritu Sancto. Ave
Maria. Renova votum castitatis. II. Ecce
Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum
tuum. Ave Maria. Renova votum
ob.